

Auri dedisti, sed virum in corpore nota  
 Impressa nulla est, unde nascantur mali?   ”  
 Gravis ira res est, & malum insatiabile   ”  
 Amici amicis conferunt cum iurgia.   Cho.  
 Me, ut video, oportet eloquendi esse haud   ”  
 Verum gubernatoris instar callidi [rudem:   Jaf.  
 Effugere summa linteorum margine  
 Loquacitatem, mulier, istam futilem.  
 Ego, beneficiū quando nimium exaggeras,  
 Venerem salutis autumo authorem meæ,  
 Ducemq; cursus, nec deum aut hominum  
 Debere ob illa sentio me gratiam. [alteri  
 Ingenii acumen acre suppetit tibi; ac  
 Orationis arrogans jactantia est,  
 Ea cum recens, quæ coacta feceras  
 Amore, duris nos ut è laboribus  
 Eruere posses. illa tamen examine  
 Librare nolo exactiore. sicubi  
 Profueris, agnosco libens beneficium.  
 At, ut docebo te, incolumitate ex mea [di:  
 Plus quam dedisti, ad te redundat commo-  
 Primum, Pelasgam, patria pro barbara,  
 Terram colis, ubi lex & æquitas vigent,  
 Nec jura cedunt gratiæ vel viribus.  
 Omnesq; doctam te esse Graii intelligunt:  
 Famaq; flores. finibus si in ultimis  
 Orbis habitares, mentio haud fieret tui.  
 Mihi